

Dissertatio inauguralis medica de aegrotantium inappetentia salutari et morbosa ... / [Anton Friedrich Lerche].

Contributors

Lerche, Anton Friedrich.
Büchner, Andreas Elias, 1701-1769.
Universität Halle-Wittenberg.

Publication/Creation

Halae Magdeburgicae : Typis Joannis Christiani Hendelii, [1749]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/q32egg6f>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

2

DISSERTATIO INAUGVRALIS MEDICA
DE
AEGROTANTIVM
INAPPETENTIA
SALVTARI ET MORBOSA,

QVAM
SVB AVSPICIIS SVMMI NVMINIS
ET
CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
PRAESIDE

VIRO ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO
DOMINO

D. ANDREA ELIA BÜCHNERO

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,
POTENTISSIMO PRVSSIAE REGI A CONSILIIS INTIMIS,
MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESS. PVBL. ORDINARIO,
IMPERIALIS ACADEM. NATVR. CVRIOSOR. PRAESIDE
ET COMITE PALAT. CAESAREO,
PATRONO, PRAECEPTORE AC PROMOTORE
SVMMO PIETATIS CVLTV PROSEQVENDO

PRO GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS
DOCTORALIBVS LEGITIME IMPETRANDIS,

D. MAII, A. S. R. c l o l o c c x x x x v i i i l .
PVBLICE DEFENDET

AVCTOR

ANTONIUS FRIDERICVS LERCHE,
NORDHVSANVS.

HALAE MAGDEBVRGICAE
TYPIS IOANNIS CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR. (5--

5

VIRIS

ERVDITIONIS GRAVITATE, VIRTVTVM
SPLENDORE, MVNERVMQVE AMPLITV-
DINE ORNATISSIMIS,

*MAGNIFICIS, EXCELLENTISSIMIS,
AMPLISSIMIS, CONSVLTISSIMIS ATQVE
PRVDENTISSIMIS,*

LIBERAE IMPERIALIS NORDHVSAE

DOMINIS

CONSVLIBVS

GRAVISSIMIS,

CIVITATIS PATRIAE PATRIBVS
LONGE MERITISSIMIS,

RELIQVISQVE

SPECTATISSIMIS

MAGNIFICI SENATVS
MEMBRIS,

MAECENATIBVS ET FAVTORIBVS SVIS
OMNI PIETATIS ET OBSEQVII CVLTV AETERNVM
COLENDIS,

SPECIMEN HOC INAVGVRALE
IN DEBITAE GRATITVDINIS ATQVE OBSERVANTIAE
SIGNVM, CVM PERPETVAE AC OMNIGENAE
PROSPERITATIS ATQVE FELICITATIS
VOTO,

HVMILLIME AC DECENTER

D. D. D.

TANTORVM NOMINVM

CVLTOR OBSEQVIOSISSIMVS,
ANTONIVS FRIDERICVS LERCHE.



DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE
AEGROTANTIVM
IN APPETENTIA
SALVTARI ET MORBOSA.

PROOEMIUM.



Multis innumerisque medicinam, apud aegros faciendam, irretitam atque stipatam esse difficultatibus, neminem Medicorum inficias ire existimo. Multa sane occurrunt, quae Medicum impediunt, quo minus voti sui in aegrorum curatione compos fieri possit. Innumerae aegrotantium

tantium aequae ac aliorum praeconceptae opinioniones, de morbis eorumque mutationibus, iure meritoque referri merentur ad ea, quae Medico grauissimas pariunt molestias. Inter alia vero inprimis opinionum diuersitas circa appetitus vitia, in morbis haud raro obuenientia, hoc luculenter testatum ire potest. Simulac enim quis morbo qualicunque corripitur, & appetitus prostrationem persentiscit, maximo se expositum periculo anxie autumat: immo plebeii tunc demum morbo se laborare credunt, quando appetitus imminutio se exserit, sique Medicum accersunt, ante omnia rogant, ut appetitum restituat, causam interferentes, morbum mox profligatum iri, si cibos rursus adsumere possent. Callide hinc fallax vrinariorum prophetarum turba vanae suae consulit gloriae: primum enim omnium, quod ex vrinae inspectione praesagiunt, est, aegrum inappetentia laborare, cumque haec a plerisque pro primario habetur morbo, hinc omniscientiae famam deportant & reliquas aegri circumstantias facillimo negotio

gotio percipiunt. Non tantum vero inter plebeios, verum etiam inter ditiores plurimos & honoratiores mos inualuit, ut adstantes, aegro ciborum assumptionem recusante, in maximum coniiciantur timorem, existimantes, eundem haud posse superare morbum, si nihil ciborum assumeret; vires enim exinde magis magisque debilitari & prosterni, hacque ex ratione morbi euentum ominosum esse metuumdum. Hanc ergo ob causam aegrotum amice hortantur, ut quidquam saltem ciborum adsumat, sique renuit, ipse Medicus precibus fatigatur cumulatissimis, ut eo ipsum disponat. Aeger tandem, anxiarum pertaesus querelarum, interdum cogitur, ut cibos capiat, nemine interim considerante, an etiam coactus appetitus vires reficere & aliqualem aegro adferre possit utilitatem. Quodsi vero aegrotans nullis moueri potest precibus, ut aliquid comedat, plerumque adstantes ventriculum quam maxime deperditum & muco obstitum accusant, Medicumque serio hortantur, ut hanc maxime respiciat partem & reme-

remediis stomachicis pristinum illi restituat robur hincque dependentem appetitum. Medico patulas ipsis aures haud praebente, pertinaciter atque irati insistant, ignorantiae non raro eundem accusant, & ad alios, stolido tali praeciudicio magis forsitan fauentes, confugiunt, non sine praesentaneo saepe & grauiori, summe vacillantis iam sanitatis, dispendio, in miseris talibus aegrotis ut plurimum subsequente. Ob insignem ergo illam opinionum diuersitatem, circa *aegrorum inappetentiam*, Medicis aequae ac ipsis aegrotis maxime perniciosam, placuit iam, speciminis inauguralis loco, seorsim in eius varias causas diuersamque indolem inquire, & in quantum ea magis salutaris, aut vere morbosa sit, exactius indagare & explanare. Faxit diuinum Numen, ut leuidentis hi conatus in sanctissimi sui nominis gloriam & aegrotantium salutem feliciter cedant.



§. I.



Cum paulo curatius in aegrotantium salutarem aequae ac morbosam inappetentiam inquirere iam constituimus, ordo cogitandi requirit, ut prius mentem nostram declaremus, quid per *inappetentiam* intellectum velimus, quam ad diversum illius effectum exponendum nos accingimus. *Inappetentia*, si ad verbalem attendimus significatum, nihil aliud denotat, quam *cessans & sublatum alicuius rei desiderium*; medico vero sensu generaliter designat *sublatum cibos adsumendi desiderium*; at in praesentiarum specialiter *inappetentiam*, & quidem aegrotantium, definimus, quod sit *sublatum cibos, cum delectamento alias ingestos, adsumendi desiderium*.

§. II.

Possent quis hanc nostram suppeditatam definitionem

B

tionem vitii cuiusdam accusare, quod, dum inappetentiam aegrotantium non definiuimus per sublatum desiderium cibos *quoslibet* adsumendi, sed tantum illos, qui cum delectamento alias adsumpti sunt, angustior existeret & naeuo laboraret logico. Verum enim vero si quis paulo attentiori considerat animo, inappetentiam in aegroris non adesse posse, quamuis cibos quosdam non adsumant, facile definitionis nostrae veritatem cognoscet. Abunde enim iam constat, homines quosdam, ex peculiari animi corporisque constitutione, certa edulia ne odore quidem, multo minus gustu posse perferre, sed prorsus illa auersari. Ponamus igitur talia edulia eiusmodi aegroto praeberi, illumque ea non adsumere, num ne inde concludere licebit, aegrum inappetentia laborare? nequaquam: Nunquam enim alias in statu sano adfuit desiderium edulia haec adsumendi, hinc etiam illa aegrotans, si ipsi praebentur, non adsumet; praebeas autem aegro alios cibos, quos antea comedere potuit, sique illos adsumet, non aderit inappetentia, quae tamen adesse deberet, si inappetentia esset sublatum desiderium quoslibet cibos adsumendi. Vbi vero in aegrotante nullum plane occurrit desiderium, tales adsumendi cibos, quos alias cum delectamento ingessit, tunc certissime concludere licet ad aegroti inappetentiam, manifesto simul indicio, eam optime definiri per sublatum desiderium cibos cum delectamento alias ingestos adsumendi.

§. III.

Appetitum vel verum & genuinum, vel spurium existere, constat ex physiologicis. Prior adest, si homo ex ingrata ventriculi perceptione impellitur, ut ad istam imminuendam & prorsus depellendam cibos adsumat. Posterior locum obtinet, si quis, quamvis cibus iam satiatus sit, rarius quoddam edulium, sit vel gratissimi saporis, vel ab aliis tantum ita deprædicatum, adhuc ingerit. Hac ex ratione errare mihi non videor, si *inappetentiam* in *veram* & *spuriam* dispesco. *Veram* voco, si in aegro a causis in corpore haerentibus desiderium, cibos alias cum delectamento ingestos adsumendi, tollitur; *spuriam* vero dico, si aegri imaginationis vis & falsa persuasio, quod cibi vel sordide sint præparati, vel aliquid aduersi recondant, hoc desiderium imminuit aut tollit. Cum vero, præsentem inappetentiam spuriam, nec ad causas morbosas in corpore haerentes, nec ad veram inappetentiam certo concludere licet, hinc ad illam in subsequentibus non attendemus, sed priorem saltem, seu veram, nostrae subiiciemus considerationi.

§. IV.

Veram inappetentiam non semper morbosum & præternaturalem indicare statum, nemo negabit, considerans, eam in hominibus ceteroquin sanis quotidie occurrere. Notum enim est, inappetentiam veram ventriculo cibus referto, post partum nimirum, in quibusvis sese exserere homini-

bus; nullus autem hanc praeternaturalem vocare poterit, vnde patet, inappetentiam veram diuidi debere in *naturalem* & *praeternaturalem*; priorem voco sublatum cibos alias ingestos adsumendi desiderium, ventriculo cibus iam repleto; sub posteriori autem intelligo sublatum cibos alias ingestos adsumendi desiderium, cibus licet intra consuetum temporis spatium non adsumptis.

§. V.

Desiderium cibos consuetos adsumendi sublatum est vel in totum, vel ex parte, hinc duae oriuntur inappetentiae praeternaturalis species, quarum prima *appetitus prostratio*, seu *inappetentia perfecta*, graecis ἀνορεξία, altera *appetitus imminutio*, seu *inappetentia imperfecta*, graecis δυσορεξία audit. Si scripta Medicorum euoluimus, tres quidem inappetentiae praeternaturalis species reperimus, nimirum ἀνορεξίαν, δυσορεξίαν & ἀποσιτίαν, seu abhorrens ciborum fastidium; quoniam vero vltima species saepius priori adfociatur, ideo seorsim in subsequen- tibus eam non considerabimus. Non raro insimul contingit, vt tale ciborum fastidium ab imaginationis vi dependeat, hinc iuxta §. III. ad *spuri- am* pertinet, minime vero in praesentiarum ad nos spectat.

§. VI.

Appetitum in morbis laedi debere & inappetentiam praeternaturalem in illis se exserere, ratio, suffragante experientia, nobis persuadet; dum enim primaria appetitus sedes in ventriculo existit,
eius.

eiusque vigor tam a debita huius partis constitutione ut & aequabili proprio pariter, ac humorum transfluentium motu, quam a legitima sanguinis & liquoris gastrici qualitate & quantitate dependet, facile apparet, inappetentiam excitari debere laesis vel deficientibus requisitis ad bonum adpetitum necessariis. Nullus autem ferme adsignari potest morbus, in quo horum requisitorum vnum vel alterum, vel interdum omnia, non laedantur, propterea quoque nemo negabit, inappetentiam in morbis adesse debere, & re ipsa occurrere.

§. VII.

Naturalem atque legitimam ventriculi eiusque tunicarum, ad appetitum vegetum, requiri constitutionem, neminem fore, qui neget, credo. Testantur hoc observationes de aegris inappetentia diu laborantibus & tandem demortuis, ubi tunicarum ventriculi induratio, constrictio rigida, abscessus, &c. reperta sunt. Potest quoque aliter non fieri, quin inappetentia sub hoc ventriculi statu adesse debeat. Ad verum enim producendum appetitum peculiaris papillarum ventriculi neruearum requiritur titillatio, haec autem quia, ventriculi tunicis praeternaturaliter constitutis, non debite vel plane non fieri potest, luculenter apparet, inappetentiam exinde necessario debere oriri.

§. VIII.

Aequalem ventriculi motum peristalticum, a fibris longitudinalibus aequae ac circularibus perficiendum, ad appetitum necessarium esse, Physiolo-

gia docet. Orietur igitur inappetentia a motu peristaltico ventriculi turbato. Hoc enim praesente cibi adsumpti rite conquassari, dissolui, digeri & per pylorum expelli nequeunt; hinc impuritates viscosae producuntur & nidorosae, quae, dum causam appetitus tollunt §. VII. non possunt non excitare inappetentiam. Interea non obtendimus, quod semper turbato ventriculi motu peristaltico inappetentia produci debeat: Vbi enim saburra magis acris & acida gignitur, augetur papillarum neruearum ventriculi titillatio & irritatio, hinc appetitus magis inde exaltari, quam imminui debet. In quantum autem, turbato ventriculi motu, viscida impuritatum colluies, vel ex ingestorum, vel sanguinis vitio oboritur, in tantum tollitur causa appetitus (§. VII.), & inappetentiae via patitur.

§. IX.

Secerni in ventriculo humorem tenuem & spirituosum, nec acidum, nec alcalinum, *liquoris gastrici* nomine venientem, ex physiologicis constat. Liquor hic secretus & in rugis ventriculi, reliquias ciborum adhuc continentibus, detentus, indolem acrem & leniter acidulam induit, unde nerueas ventriculi papillulas titillans atque irritans, ingratam producit sensationem, quae homines ad adsumendos cibos impellit. Inappetentiam igitur oriri debere, turbato liquoris gastrici effectu, quis est qui ibit inficias? Si enim liquor iste, vel potuum spirituosorum copia, vel a narcoticorum vi, vel a visci.

vifcida impuritatū faburra, vel ab aliis caufis immutatur, vel plane corrumpitur, mutatur etiam effectus, quem producere debet, hinc ceſſat cauſa appetitus, ideoque inappetentia non poteſt non ſubſequi.

§. X.

Gaſtricū liquorem e maſſa ſanguinea ortum ſuum ducere, nemo negabit, perpendens, omnium in corpore humano ſecretorum humorum fontem exiſtere ſanguinem. Sanguinem igitur impurum & partibus heterogeneis ſcatentem inappetentiam poſſe producere, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt. Sanguine enim deprauato, humores ab iſto ſecreti erunt vitiiati, indolem hinc habebunt alienam alioſque edent effectus. Quoniam autem liquoris gaſtrici effectus in eo conſiſtit, ut nerueam ventriculi tunicam titillando producat appetitum (§. IX.), ceſſabit iam ille effectus, quo ceſſante neceſſario inappetentia euenire debet.

§. XI.

Motum humorum, per ventriculi vaſa progredientium, aequalem, ad bonum requiri appetitum, Medicorum dogmata experientia teſtante euincunt; perturbato igitur ſanguinis motu in corpore humano, turbabitur etiam in ventriculo, hinc vel nimis accelerabitur, vel nimis retardabitur. Vtroque modo requiſitum ad appetitum tollitur, quo ſublato contrarium appetitus, inappetentiam nimirum, ſe exſerere debere, cuiuslibet patet. Quoniam igitur in omnibus fere morbis inordina-

tus atque turbatus existit humorum circuitus, recte non minus, quam verissime, immortalis memoriae Vir, Fr. HOFFMANNVS, *Med. system. Part. I. pag. 179.* scribit: *Notatu digna res est, quod in omni ferè morbo appetitus & digestio laedatur.*

§. XII.

Chylificationis menstruorum, bilis nempe & succi pancreatici, bonam constitutionem ad appetitum vegetum multum conferre, non est quod multis stabiliamus. Deprauatis igitur his succis, cibi legitime non dissolui & digeri possunt, hinc impuritates gignuntur, quae si inprimis viscidae existunt, causam appetitus tollunt (§. IX.) & inappetentiam producant.

§. XIII.

Primam inappetentiae speciem, *anorexiam* nempe, dum consideramus eiusque causas rimamur, earum prima nobis se offert, nimirum velox nimis & rapidus sanguinis per vasa ventriculi circuitus. Hoc enim urgente, debita & legitima liquoris gastrici non potest contingere secretio: Cumque praeterea, ob vehementem partium sulphurearum attritum, magnus excitatur calor, gastricum liquorem dissipans, tollitur exinde primaria appetitus causa, qua sublata anorexiam subsequi debere, quilibet perspicit. Comprobant asserta haec satis luculenter inprimis inflammationes, uti aliarum partium, ita praecipue ventriculi, quibus praesentibus aegri plenaria semper appetitus prostratione, seu anorexia, laborant.

§. XIV.

§. XIV.

In numerum caussarum anorexiam producentium iure meritoque ulterius referimus inopiam & depravationem liquidi neruei. Si enim hoc deficit, vel deprauatum est, liquor gastricus non solum vitatur, sed etiam sensatio in papillulis nerueis ventriculi obtunditur; tolluntur inde appetitus requirita, eamque ob causam anorexia excitari debet. Patet exinde, cur in morbis malignis, praegressis nimis excretionibus per aluum & sudorem, adsumptione narcoticorum, aliisque in morbis, ubi penuria vel depravatio ingens liquidi neruei adest, appetitus plenarie communiter prosteratur.

§. XV.

Humorem putridum, aeruginosum, plus minusue corruptum, in ventriculo stabulantem, a vitio ventriculi *a)*, aut viscerum ipsi adiacentium insigni labe *b)*, aut alia quacunque ex causa inductum, plenariam appetitus prostrationem, seu anorexiam, posse producere, non est quod ambigamus. Laeduntur exinde omnimode caussae ad appetitum necessariae; quis autem existimabit, quod his sublatis appetitus possit adesse, cum, cessante causa, effectus etiam necessario debeat cessare. Mirari hinc non licet, cur aeger, cuius mentionem facit BONETVS, *Anatom. pract. Lib. III. Sect. I. Obs. II.* appetitus diuturna prostratione laboravit, cum

C

disse-

a) vid BONETI *Anatom. pract. Lib. III. Sect. I. Obs. I. IX.*

b) Idem *Lib. III. Sect. Obs. VI. XIII. XVI.*

dissectio cadaueris eius causam, humorem nempe viridem ventriculi cauum replentem, detexit.

§. XVI.

Ultimo etiam haud reticendum erit, quod pariter tenax & viscida materia, instar crustae ventriculi parietes obsidens, & praecipue ex nimio terrestrium & absorbentium medicamentorum abusu collecta, anorexiam excitare valeat. Testantur huius asserti veritatem obseruationes de hominibus, nimio crassiorum & viscidorum ciborum vsui indulgentibus, anorexiam inde perpeffis, aliisque, qui nimiam absorbentium quantitatem deuorarunt, quale quid ipse ego annotaui in aegro, febre quotidiana detento, qui vnice ex hac causa diu satis anorexia laborabat, quod copiosior absorbentium vsus viscosa tali ventriculum obduxerit crusta, quae postmodum quoque, oborto vehementi vomitu, quoad maximam partem sponte reiecta fuit.

§. XVII.

Imperfectae inappetentiae, seu dysorexiae, easdem ferme esse causas, vtut gradu mitiores, nemo inficias ire poterit, perpendens, anorexiam & dysorexiam gradu tantum differre. Interim non inconsultum erit, illarum quasdam tantum, inprimis vero frequentiores, iam adducere. Referimus autem huc praecipue languidum & debilem ventriculi motum peristalticum, vtpote qui efficit, vt non solum sensatio neruearum illius papillarum, dum parciior liquidi neruei adfluxus contingit, imminuatur, sed etiam impuritates colligantur, quae
effectum

effectum liquoris gastrici infringunt. Ratio hinc reddi potest, cur otiosi vitaeque sedentariae indulgentes, tristitiae & anxiiis curis dediti, potulenta tenuia calida copiosius ingurgitantes, multisque obnoxii vomitibus, frequentissime dysorexia laborarent.

§. XVIII.

Haud infrequentem dysorexiae causam liquorem gastricum, vel a vaporibus foetidis corruptorum viscerum, vel ab abusu spirituosorum, &c. deprauatum, existere, testatur experientia. Tali enim modo efficacia liquoris gastrici imminuitur, eamque ob causam appetitus pariter infringi & dysorexia excitari debet. Mirum hinc non est, si homines, spirituosam ieiuno ventriculo copiose ingerentes, aut suctioni tabaci nimium indulgentes, & aegri diuturna alui obstructione laborantes, dysorexiam experiuntur.

§. XIX.

Insufficientem liquoris gastrici quantitatem suam ad appetitus imminutionem conferre symbolum & dysorexiam posse producere, ex antecedentibus satis abunde patere arbitror. Testantur hoc inprimis affectus, nimiam sanguinis spissitudinem pro causa agnoscetes, cum quibus dysorexiam esse coniunctam Medicorum scripta & observationes comprobant. Inde etiam fieri solet, ut nimius mox ante pastum institutus corporis motus, noxius esse soleat, appetitum & digestionem laedendo, eam praecipue ob causam, quoniam, humoribus copiose

ad peripheriam depulsis, secretio liquoris gastrici sufficiens impeditur. Quod reliquas & anorexiae & dysorexiae causas attinet, earum vltiorem recensionem & explicationem nec paginae Dissertationi huic destinatae, nec institutum nostrum permittunt, dum animus nequaquam fuit, omnes inappetentiae causas rimari; sufficit, nos praecipuas & quae nostro potissimum inseruiunt scopo, adduxisse & explicasse.

§. XX.

Antequam ad diuersum inappetentiae in morbis effectum nos accingimus, erit ante omnia necessarium, in illorum argumenta inquirere, qui in genere inappetentiam, inprimis vero *anorexiam*, omnibus in morbis noxiam & ominosam proclamant. Prouocant huius sententiae patroni ad continuum fluidorum ad solida adpulsam, hincque dependentem solidorum attritum & destructionem, fluidorumque immutationem & deprauationem, vnde probare volunt, morbos deficiente appetitu ideo feliciter decurrere non posse, quoniam quantitas & qualitas humorum, nullis adsumtis cibis, magis magisque laederetur peiorque redderetur. Quod vero rationes has, de inappetentiae, praecipue anorexiae, quibusuis in morbis detrimento, attinet, illas, accuratiori rationis lance ponderatas, leuiore existere & maxime lubricis inniti fundamentis, probatu haud erit difficile. Concedimus quidem & ambabus largimur, continuum in morbis solidorum fieri attritum & humorum produci immutationem; neuti-

neutiquam autem exinde sequitur, omnes morbos sine adsumtis cibis ad tempus quoddam feliciter decurrere haud posse. Notum est, plurimos morbos ex humorum vitio, eorum nempe vel spissitudine, vel acrimonia, vel nimia quantitate, originem ducere, eosque feliciter decurrere, si causae, a quibus producti sunt, tolluntur. Tolluntur autem nequaquam adsumptione ciborum, sed potius motibus partium solidarum fluidarumque, quibus vel abundans quantitas imminuitur, vel vitiata qualitas, subsequenter se- & excretionibus, emendatur. Si enim cibi etiam optimi adsumuntur, a ventriculo tamen rite subigi non possunt, dum digestionis requisita in morbo qualicunque laeduntur (§. XI.); hinc aliter fieri non potest, quin impurus generetur chylus, cumque humores iamiam impuri ab eo magis inquinentur, (adsentiente Sene nostro, *impurum*, inquit, *corpus, quo magis nutrueris, eo magis laeseris*,) causas morborum non tolli, sed potius grauiore, morbosque periculosiores euadere, quilibet concedet, accuratius ea quae diximus perpendens. Errant exinde in totum, qui humores in morbis, cibis ad tempus quoddam non adsumtis, corrumpi eorumque vitiatam qualitatem peiorem fieri existimant; apparet potius, quod aegroti, dum potulenta congrua ingerunt, eorumque ope fluiditatem humorum debitam conseruant vel restituant, feliciter, imo facilius e morbis euadere valeant.

§. XXI.

Sunt adhuc & alii, qui anorexiam in morbis quibusuis noxiam & periculofam existimant, ex ea potissimum ratione, quod vires sine ciborum adsumptione frangantur, & morbi exinde cum aegrorum periculo altiores agant radices. Pro maiori sententiae suae confirmatione, prouocant ad continuas sub morbis contingentes excretiones, quibus ita vigentibus, deficiente ciborum adsumptione, aequilibrium inter solida & fluida auferri, vires magis magisque debilitari, aegrorumque interitum certo certius imminere, arbitrantur. Ast, si vires corporis humani consideramus, constat ex physiologicis, eas dependere a debita solidorum & fluidorum constitutione eorumque legitimo motu: Virium igitur languore se exferente, vitium in modo dictis ipsarum requisitis adesse neminem negaturum esse credo. Ponamus igitur, in morbo vel ab humorum mala diathesi, vel vitiata quantitate, vel motu eorum inordinato, vires laedi, facile hinc patet, causis his remotis virium languorem emendari debere. Quod autem ciborum adsumptione causae hae non tolli possint, sed potius virium iactura maior fieri debeat, exinde patet, quia cibi male concocti, chylum vitiatum massae sanguineae communicando, qualitatem motumque fluidorum laedunt, hinc, causas virium languoris augendo, illum eo magis exasperant. Et quamuis se- & excretiones sub morbis continuo succedant, minime tamen exinde concludi potest, quod cibi adsumi debeant

beant in morbis, si feliciter decurrere deberent, si-
quidem potulentis assumtis fluidorum iactura, sub
excretionibus contingens, refarcitur, hinc nequa-
quam totale aequilibrium inter fluida ac solida tolli-
tur, & exinde certissimus alias metuendus interitus
praecauetur. Interim non negamus, quod, repur-
gata quoad maximam partem in morborum decli-
natione humorum massa, cibi congrui assumti vires
reficiant, sed concedimus potius, quod tunc ano-
rexia, inprimis diu perseuerans, viribus iamiam de-
bilitatis haud parum sit infesta. De reliquo vero
apparet ex antea allatis rationibus, anorexiam in
genere in morbis pro noxia & periculosa haud qua-
quam habendam esse.

§. XXII.

Quod reliquas de inappetentiae, inprimis ano-
rexiae, noxa in quolibet morbo sententias concer-
nit, dum, cibis non adsumtis, biliosas & acres par-
ticulas, massam sanguinis intrando, morborum au-
gmentum inducere statuitur, illis longius inhaerere
eorumque refutationi diutius immorari, superuaca-
neum esse arbitror. Sunt enim ita comparatae, vt
ex antecedentibus lubricum illarum fundamentum
cognosci atque facillime subuerti valeat. Quod ci-
bis non adsumtis particulae biliosae & acres massam
sanguinis intrent morbumque aggrauent, ideo fie-
ri non posse iudico, quia per villos intestinorum,
nerueis ramulis instructos, transitus illarum haud
parum impeditur, insimulque potulentis dilutis &
sufficienter adsumtis acrimonia talis obtunditur. Si
autem

autem ingens illarum partium acrimonia peccaret, non video, qua ratione cibis adsumtis illa imminui ac prorsus profligari possit, quippe qui, dum ob menstrui, ad chylicationem & concoctionem necessarii, corruptionem, legitime non digeruntur, nouam potius acriorum impuritatum copiam supeditabunt & morbi incrementum exinde magis, quam decrementum, promouebunt.

§. XXIII.

His praemissis ordo necessitasque postulat, ut nunc disquiramus, quo tempore in morbis inappetentia eiusque species salutarem vel noxium, seu morbosum, spondeant effectum. Optima autem incedemus via, si prius, cum morbi omnes interni ratione periodi & decursus, quem seruant, vel *acuti*, vel *chronici* existunt, *acutos* lustramus, utpote tempora certa & decursum suum breuius accuratiusque obseruantes prae morbis chronicis. His etenim consideratis & obseruato inappetentiae effectum, facilius quoque in iis morbis, qui tam exactum non seruant decursum, quando inappetentia salutaris vel morbosa sit, cognosci poterit.

§. XXIV.

Morbos acutos eorumque ex numero *malignos* & *exanthematicos*, quorsum referuntur febres petechiales, purpura alba, variolae, &c. exacte satis intra breue temporis spatium tempora sua, initium nempe, incrementum, statum & decrementum seruare, Medicorum obseruationes, experientia teste, docent. Peccare in his morbis miasma indolis

dolis alcalinae, symptomata, remedia iuuantia & laedentia, euincunt. In initio horum morborum miasma sanguini admisceri & inexistere, sub incremento magis extricari ac diffundi, in statu vel ad excretionem disponi, & excretionibus subsequen-
tibus criticis a massa humorum secedere, vel nociua sua & destructoria vi corporis vires superando, humoribus immixtum manere mortemque inducere, in decremento tandem maxima ex parte e corpore remotum esse & eliminatum, ratio innuit, symptomata & decursus comprobant, Medicorumque dogmata euincunt. Decurrent igitur morbi hi feliciter, si causa illorum adpropriatis corrigi & expelli potest remediis. Ea exinde omnia salutarem praestabunt effectum, quae massam sanguinis, iam impuram, non magis inquinando causam horum morborum non reddent grauiorem, nec illius correctionem & remotionem impredient. Inappetentia autem, inprimis vero anorexia, hoc perfici & effectum hunc praestari, ex §. XX. abunde patet; hinc illam in horum morborum vigore, initio nimirum, incremento & statu, salutarem esse, modo dicta testantur. Haud paucae Practicorum observationes, de aegrotis feliciter ab his morbis liberatis, adsumtis tantum potulentis congruis & remediis appropriatis, id eo magis confirmant. Nec raro aegros ad regna Proserpinae rapi, horum sub morborum vigore ad ciborum adsumptionem coactos, quis ibit inficias? Dum enim magna virium prostratio his in morbis occurrit, insignem liquidi ner-

vei depravationem atque inopiam supponens, fieri non potest, quin cibi adsumti corpori detrimentum inferant & anorexia, causa illius iuxta §. XIV. praesente, potius adesse & prodesse debeat. Regula hinc generalior de inappetentia sequens emergit: *Anorexia in vigore acutorum, praecipue malignorum morborum, aliorumque, sanguinis corruptione maiore viriumque insigni prostratione stipatorum, utilis est atque salutaris.*

§. XXV.

Morbis his declinantibus, massam humorum quoad maximam partem miasmate liberatam & a causa morbifica esse repurgatam (§. praeced.), hinc humorum progressum magis aequalem fieri, fluidorumque qualitatem adesse emendatam, ipse morbi euentus testatur. Cum autem exinde appetitus causae quadantenus redeunt, hinc ille etiam redire debet, licet non perfecte, eamque ob causam dysorexiam in declinatione horum morborum salutarem esse, neminem negaturum credo. Practica igitur, veritati & experientiae conformis, hinc fluit regula: *Vegetum & immoderatum in declinatione horum, uti & aliorum morborum, se exferentem appetitum, esse perniciosum, atque eorum vel recidivam, vel alia peiora mala inducere.*

§. XXVI.

Vti ciborum quorumvis assumptio sub morborum acutorum & malignorum vigore, iuxta §. XXIV. noxia existit, ita praecipue cauendum est, ne aegrotantes durante horum morborum vigore adsu-

adsumere cogantur cibos e carnibus animalium paratos. Recondunt enim hae carnes in sinu principium alcalinum, dum ex humoribus ortum ducunt, quippe qui ob continuum intestinum & progressuum motum, vita durante, ad alcalinam disponuntur naturam. Fieri hinc aliter non potest, quin cibis eiusmodi adsumtis miasma, quod similis indolis est, exaltetur, horumque morborum ferocia, ominoso euentu haud raro subsequente, augeatur. Comprobat ea, quae dixi, egregie observatio *Illustris & Excell. DN. PRAESIDIS, Fautoris, Praeceptoris & Promotoris summopere deueniendi*, quam haud ita pridem in Praelectionibus *de aegris visendis* retulit. Aegra nimirum purpura grauitur decubuit alba, & licet ab initio grauissima maximeque suspecta adparuerint symptomata, purpura tamen erumpente pustulisque legitime eleuatis, spes conualescentiae optima apparuit. Aegram tunc temporis adstantes admonent, ut aliquid comederet, ipsique assatae perdicis, ad quam speciatim appetitus ferebatur, portionem exhibent, quam cum degustasset, magno cum cognatorum solatio adsumit. Praeterlapsis autem vix octo vel decem horis, omnia illico in peius fuerunt mutata, virium prostratio de nouo inuasit nouaque febris accensa fuit, ita, vt vix ac ne vix quidem intra octo dierum spatium, optimis licet adhibitis remediis, morbus denuo mitigari, vires admodum labefactatae paululum instaurari, aegraque ex orci faucibus, adistente diuina gratia, reduci potuerit.

§. XXVII.

Morbos acutos inflammatorios, sub quibus maxime intelligimus causum, febrem synocham simplicem, pleuritidem, peripneumoniam, &c. breviter & exacte pariter decursum suum servare, hinc cum malignis exanthematicis ratione decursus convenire, multis probare superfluum erit. Humorū motum intense in illis esse auctum, symptomatibus consideratis, ipsa testatur ratio. Cum autem acceleratus nimium circuitus humorum anorexiae causa sit (§. XIII.), sequitur inde, appetitus prostrationem, seu anorexiam, sub horum morborum vigore non solum adesse, sed etiam, tum iuxta regulam §. XXIV. suppeditatam, tum iuxta §. XI. cessante nimirum appetitus & digestionis requisito, pro salutari reputandam esse. Subsequente autem horum morborum declinatione, causam anorexiae cessare, hinc dysforexiam adesse & prodesse debere, nullus unquam negabit. Patet igitur exinde, inappetentiam in vigore morborum acutorum, imprimis anorexiam, impediendo eorum augmentum, non esse noxiam; ex quo tertia de inappetentia regula practica fluit: *Inappetentia, imprimis anorexia, in morbis, durante auctiori & validiori sanguinis motu, est salutaris.*

§. XXVIII.

Quod reliquos, ratione decursus morbis chronicis breviores, attinet morbos, *continuos* nempe, cum vel sine exanthematibus corpus humanum invadentes, quorsum referimus febres catarrhales,
lentas

lentas & hecticas, purpuram rubram, &c. illos acrioribus humorum impuritatibus foueri & produci, ex pathologicis constat. Euentus illorum eo melior & felicior, quo citius excretionibus consuetis acres impuritates e massa humorum remouentur, testimonio potest esse luculentissimo. Symptomatum vehementiam vno impetu non perseuerare, sed potius ad tempus quoddam remittere, subsequente denuo eorum exacerbatione, experientia confirmat. Impetu symptomatum recrudescente motus in corpore exacerbari, & acriores impuritates copiosius sanguini inexistere, largior peripherica excretio subsequens, symptomata mitigans, testatur. Horum igitur sub exacerbatione inappetentia, praecipue anorexia, non potest non salutaris existere. Si quis enim considerat, cibos tunc adsumptos morbos illos reddere deteriores (§. XX.), illorumque incrementum promouere, facile perspiciet, appetentiam certissime noxam, inappetentiam vero emolumentum adferre. Sub remissione horum morborum massa humorum purior existit, per anteced. hui. §. hinc redeunt ex parte appetitus caussae, & idcirco adsumptio ciborum aliqualis, modo concoctu faciles & bonae sint qualitatis, salubritate non erit destituta. Declinantibus tandem illis, dysorexiam (iuxta §. XIII. & XIV.) salutarem esse, appetitumque, in dies viribus simul incrementum capientibus, vegetiorem, horum morborum felicem euentum indicare, experientia quotidiana testatur.

§. XXIX.

Considerato salutari inappetentiae effectu in morbis acutis, ordine nunc ducimur ad contemplandum in *morbis chronicis* similem inappetentiae effectum. Cum autem morbi hi neutiquam, ut priores, decursus sui tempora exquisite & manifesto semper obseruent, illos tantum, qui prae reliquis exactius typum suum seruant, considerabimus, ut hinc ad reliquos, quando inappetentia salutaris sit, concludi possit.

§. XXX.

Febres sic dictas *intermittentes* prae reliquis diuturnis morbis accuratius decursum seruare, ipsa experientia docet. Fomitem & causam illarum in ventriculo & intestinis latitare, asserunt vno ore scholae Medicorum. Colluuiem humorum viscido-acrium & biliosorum has febres producere, primarumque viarum debilitatem, & humorum, ad concoctionem aequae ac chylicationem necessarium, vitium vel praecedere, vel ab ingestis qualitate & quantitate peccantibus produci, ratione & observationibus comprobatur. Erunt exinde in his febribus ea omnia salutaris effectus, quae non solum causam illarum remouent, sed etiam impediunt, quo minus noua vitiosorum succorum saburra, massam inquinans sanguineam, in primis viis generari & coaceruari valeat, cumque inappetentia hunc praestet effectum, sponte elucescit, inappetentiam in genere (§. I.) in febribus intermittentibus, ut etiam in aliis morbis chronicis, causas similes agno-

agnoscentibus, vtilem atque salutarem iure meritoque esse habendam. Comprobat generatim inappetentiae salutarem in febribus his effectum, pertinacia illarum rebellis, in aegrotis voracitati nimium deditis. Prostant innumerae ferme observationes, de nimia febrium harum diuturnitate symptomatumque gravitate, sique paulo curatius in causam inquisiveris, ut plurimum illam in incongruo & vitiato diaetae moderamine inuenies, luculentissimo testimonio, ea, quae in genere de salutari in febribus intermittentibus inappetentiae effectui iam monuimus, veritati & experientiae respondere.

§. XXXI.

Quoniam febres hae eam ob causam *intermittentes* vocantur, quod symptomatum ipsis propriorum exacerbationem intermissio ad certum excipit tempus, videndum nunc erit, an earum in paroxysmo inappetentia, & praecipue anorexia, sit salutaris. Praesentia anorexiae sub paroxysmi ferocia (§. XIII.) requiritur; salutarem autem tunc esse illam, impuritatum non solum maior in sanguine praesens, sed etiam earum in primis viis existens copia, iuxta §. XX. abunde satis docet. Optime hinc illos sibi consulere, qui, paroxysmo harum febrium, ut & aliorum morborum, more solito iam adfligente, cibis in totum tunc abstinent, antecedentia sufficienter testantur. Quartam inde regulam practicam de inappetentia deducimus: *Anorexia in omnibus morbis, colluviem vitiosorum humo-*

humorum insignem in primis viis fountibus, coniuncto simul motu humorum valido, est salutaris.

§. XXXII.

Anorexiam non solum in paroxysmo febrium intermittentium (iuxta §. praeced.), sed etiam ante paroxysmum salutarem existere aegrotisque emolumentum spondere haud exiguum, innumerae observationes de febribus nimia voracitate stipatis, (germanice *Fress-Fieber* dictis,) experientia testante, euincunt. Produci symptomatum febrilium exacerbationes, seu paroxysmos, a subtilioribus impuritatibus primarum viarum partibus, massae sanguineae successiue communicatis, cessatio illorum, foribus istis remotis, luculenter testatur. Appropinquante paroxysmo has impuritates copiosius in massa humorum oberrare, ipse mox subsequens comprobatur paroxysmus. Cibi igitur horis aliquot ante paroxysmum adsumti, praesente iam impuritate saburra, digestionem maxime infensa, male digeruntur, hinc praesentem vitiosorum humorum colluuiem magis magisque augent & sub febribus inprimis illarum paroxysmos (§. XX.) vehementiores ac diuturniores reddunt. Dum igitur cibus breui ante paroxysmum adsumtis febrium incrementum atque maior prolongatio producitur, eaque omnia noxia dicuntur, quae morborum incrementum promouent & diuturnitatem, clare patet, quod ciborum ante paroxysmum adsumptio noxia, anorexia autem saluberrima existat.

§. XXXIII.

§. XXXIII.

Intermissione harum febrium se exferente, sanguinem ab impuritatum copia quoad maximam partem esse repurgatum, omnia fere cessantia euincunt symptomata. Erit exinde dysforexia, causis anorexiae ex parte cessantibus (§. XIII. & XIV.), non noxia, si modo caueatur a cibis qualitate & quantitate peccantibus. Interim in initio harum febrium, dum causa illarum praecipue in primis viis residet, anorexia salutaris esse potest, causa illius (§. XV. adducta) praesente. Expulsis autem primarum viarum sordibus & declinantibus his febribus, ex paroxysmorum imminutione & subsequente cessatione cognoscendis, praesentibus appetitus requisitis (§. X. & XI.), appetitum magis magisque successiue redeuntem bonas aegrotantium res indicare eisque salubritatem spondere, nemo, testante experientia, in dubium vocabit. Ea, quae de salutari in febribus intermittentibus inappetentiae effectu diximus, sine vlla difficultate ad reliquos morbos chronicae indolis, siue vitium & causa illorum in solidis, siue in fluidis, aut in ventriculo aliisque partibus lateat, adplicari posse, cognitum & perspectum esse iudico, hinc plura proferre, nulla exigente necessitate, de salutari inappetentiae, praecipue anorexiae & dysforexiae, effectu in reliquis morbis chronicis, non erit necessarium.

§. XXXIV.

Considerato nunc salutari, tam in acutis, quam in chronicis morbis, effectu, ordo & necessitas postulat,

stulat, vt etiam ad considerationem *morbosae inappetentiae* nos accingamus. Caussis remotis effectum cessare, hinc & anorexiam declinantibus morbis, tam acutae, quam chronicae indolis, cum causae illius deficient (per anteced.) non adesse debere, non est quod multis ostendamus rationibus. Morbosa igitur semper habenda erit inappetentia, praecipue vero anorexia, quotiescunque in declinatione morborum acutorum aequae ac chronicorum occurret. Perseuerante illa, declinantibus morbis acutis, inprimis maligno-exanthematicis, ante omnia allaborandum erit Medico, vt causas eius tollat. Quodsi igitur anorexiae causam, vel subtiliorum humorum, inprimis liquidi neruei, defectus, vel horum humorum deprauatio, ob restitantes adhuc miasmatis in sanguine reliquias, admissio praecipue qualicunque regiminis vitio, vel alio quocunque errore, constituent, optimum praestabunt effectum omnia ea remedia, quae vel subtiliorum humorum copiam restitunt, vel miasmatis reliquias infringunt & e cutis colatorio easdem eliminant. Priori scopo analeptica aliis omnibus palmam praeripient, ex aquis huius efficaciae, quales sunt: aqua cerasorum nigrorum, florum tiliae, melissae, liliorum conuallium, naphae, cinnamomi, corticum citri, aurantiorum, &c. cum vel sine vino paratae, addito syrupo vel aurantiorum, vel cinnamomi, vel alio eiusdem effectus, composita. Posteriori scopo inseruiunt ptisanae, succo citri, vel aceto vini, siue simplici, siue destillato,

Stillato, acidulatae, pulueres diaphoretici fixi succo citri irrorati, itemque potiones vel mixturae leniter diaphoresin excitantes, subiuncto debito regimine, ne excretio cutanea impediatur, & exhibendo praedicta remedia, pro circumstantiarum conditione, vel crebrius, vel parcius. Vbi autem saburra vitiosa in primis viis sub morbi decursu, longa praecipue obstructione alui praegressa, collecta, signis consuetis cognoscenda, causam anorexiae constituet, optime illa tolletur, si talia adhibentur, quae leniter & sine maiori primarum viarum irritatione illas exturbandi facultate pollent, quorum in numerum prae aliis referri merentur decocta tamarindinata, adiecto cremore tartari, & potiones mannatae cum vel sine rhabarbaro, addita insimul, scopo carminatiuo, vna vel altera olei destillati guttula, e.g. macis, vel de cedro, &c.

§. XXXV.

Eadem ex ratione, §. praeced. adducta, anorexiam in reliquorum morborum declinatione morbosam esse & ominosam, abunde satis adparet. Medico igitur in illa tollenda eodem modo, vti §. praeced. ostensum est, procedendum erit, vt, considerando prius & rimando anorexiae causas earumque diuersitatem, iuxta sedem & subiectorum conditionem, remediis congruis & adpropriatis illam deinde tollere studeat. Vbi autem causam illius vel in ventriculi, vel in aliorum viscerum vlcerosa corruptione latere, & remediis nequaquam superabilem esse, cognouerit, impediendo tantum

ulterius incrementum & citiorem inde dependentem interitum, omne curationis absoluet punctum.

§. XXXVI.

Quod denique morbosam anorexiam, in declinatione febrium intermittentium, vti & reliquorum morborum chronicae indolis, se se exferentem attinet, illius considerationem aliqualem iam instituere ordinis ratio postulat. Morbosam illam esse, cuilibet facile patet, hinc Medicum, iuxta officium ipsi incumbens, omnem debere operam adhibere, ut anorexiam tollat, sana ratio dicitur. Quoniam autem harum febrium sedes, iuxta §. XXX. in primis viis existit, ante omnia Medico ad illas erit respiciendum. Quando igitur anorexiae causa ibi latitat, aderit saburra, vel ad viscoso-mucidam, vel ad biliofo-acrem, vel nidorosam magis inclinans indolem. Ad priorem causam corrigendam & exturbandam, omnem absolvent paginam quaevis incidentia, imprimis salia neutra, quorsum pertinent tartarus vitriolatus, nitrum antimoniat. arcan. dupl. crem. tartar. &c. addito vno vel altero vegetabili, sale acri incidente aromatico pollente, ut pulu. rad. vincetox. ari, pimpinell. alb. &c. itemque absorbente quodam; subiungendo post usum horum remediorum & aliquot dierum spatium, laxantia salina, vel Sedlicense, Egranum, aut Anglicanum. Quod biliofo-acrem attinet saburram, illam optime corrigent absorbentia teneriora, ut Crystall. montan. ppt. Glacies Mar. ppt. &c. cum pauxillo nitri & cremoris tartari nupta, subiuncto postea laxante rhabarbarino. Nidoro-

dorofam denique, e ruētibus, faporem ouorum putredine corruptorum inftar inferentibus, cognofcendam faburram, incidentia praediēta cum abſorbentibus, itemque laxantia ſalina infringent & remouebunt. Quodſi vero indicationes ſufficientes adfuerint, pro ſaburra facilius e ventriculo vomitu exturbanda, non ſolum in declinatione acutorum, ſed etiam chronicorum morborum, adeoque & harum febrium, vomitoria vel ex rad. Ipecacuan. vel ex Tartaro emet. concinnata, optimam locabunt operam. Interim non negamus, quod etiam acida ſaburra, copioſius in ventriculo ſtabulans, anorexiā poſſit producere, conſentiente BOHNIO in *Circulo anatomico-phyſiologico, Progymnaſm. VIII. p. 126*, licet alias ea plerumque auctam magis appetentiam, quam anorexiā, excitare valeat; ſique haec in culpa fuerit, aliis praeferenda erunt abſorbentia tene-riora, inprimis Magnef. alb. & alcalina. Pari modo ſi in reliquis morborum chronicorum ſpeciebus anorexia occurrit, iuxta diuerſitatem cauſſarum illam inducentium erit procedendum. Plura igitur de emendatione & remotione anorexiae in reliquis morbis chronicis proferre, ſuperuacaneum exiſtimo, cum haec, quae de febribus intermittentibus diximus, ad reliquos morbos chronicae indolis faciliſſimo poſſint adplicari negotio.

§. XXXVII.

Antequam tamen huic Diſſertationi coronidem imponimus, haud reticendum erit, quid de appetentia aegrotantium, ſub deſperato ferme illorum

statu, sit sentiendum. Haud raro talem adpetitum, *spurium* merito vocandum, in morbis occurrere, saepiusque effectum salutarem, aegrotos in limine mortis ferme constitutos ad sanitatem reuocando, nemine fere cogitante, praestare & praestitisse, observationes Medicorumque relationes, inprimis *Ephemerides Acad. Natur. Curios. Dec. II. Anno X. Obs. CXCII.* testantur. Posset exinde quis ea, quae de inappetentiae, praecipue anorexiae, salubritate, & appetitus in morborum vigore noxa, asseruimus, indubium vocare, cum ex his observationibus constet, adsumptione ciborum, primo licet intuitu maxime noxiorum, emolumentum aegrotis, imo sanitatis restitutionem fuisse procuratam. Verumenimvero ab vno alteroque casu consecuti salutaris effectus, post comestionem ciborum in morborum vigore aut dubio eorum euentu, indiscretim ad omnes morbos, itemque ad imitationem posse concludi, quis vnquam affirmabit? Quoniam vero saepius experientia docet, post adsumptos in tali morborum statu cibos nequaquam similem salutarem insequutum fuisse effectum, quaeritur iam, quibusnam ex signis appetitus talis spurius, attamen salutaris, cognoscatur. Quod meam attinet sententiam, ego appetitum in morbis, ratione euentus dubiis, salutarem ut plurimum esse habendum iudico, si aegri cibos, licet etiam primo intuitu haud salubres, inopinato, maximo cum desiderio nullaque ab adstantibus illorum mentione facta, anxie & vehementer efflagitant. Quod autem noxa maior inde
metui

metui non debeat, sed potius salutaris consequi possit effectus, ita explicandum esse puto: Motibus animi vehementibus corporis quoque motus augentur & viuidiores fiunt (per exper.); hinc circuitus humorum, uti in toto corpore, ita etiam per ventriculi vasa, euadit vegetior, qui cum digestionem adiuuat, facit etiam, ut cibi tunc assumpti aliquo modo legitime concoqui & in salutem corporis cedere queant, dum insimul motu humorum viuidiori excretiones adiuuantur, quae causam morbificam remouere eiusque vltiori faeuittiae, praeter spem & opinionem, felicem imponere possunt

F I N E M.

PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
DOMINO DOCTORANDO

S. D. P.

P R A E S E S.

Qui vtiles atque nondum ab aliis sufficienter explanatas artis medicae plenius excutiunt materias, ii magnam omnino mihi videntur mereri laudem, saltem maiorem, quam qui argumenta ab aliis iam ad umbilicum perducta tantummodo repetunt, adeoque leuiter mutatis quibusdam voculis eandem denuo recoquunt crambem. Quemadmodum enim hi, imperitis fucum inducendo, rem publicam medicam scriptis suis onerant; ita contra illi eam praeclare exornant, adeoque artis salutaris alumnos multis modis sibi deuinciunt. Quumque TV, NOBILISSIME HONORVM DOCTORALIVM CANDIDATE, loco speciminis inauguralis talem selegeris materiam, quae,
quam.

quamuis utique utilissima, a plerisque haud tacta, a paucioribus vero haecenus tantum non neglecta fuit; eapropter **TE** promerita omnino laude tractandum existimo. Auspicato nimirum in eleganti hac commentatione egisti de salutari & morbosa variis morbis afflictorum inappetentia, sicque non tantum grauiora atque haud raro infelicia vulgi funditus euertis praeiudicia, verum etiam ipsis nondum in artis opere obfirmatis Medicis ansam praebes, ne indiscretim ab aegrotantium anorexia malum statim augurentur euentum, haecque omnia, firmioribus suffulta rationibus, concinno satis ordine **TUIS** exhibuisti lectoribus. Nae immerito **SCHARANDAEVS**, in egregio de modo & ratione visendi aegros libello, quem **TIBI** Tuique similibus, id est in doctrinae salutaris studio prouectioribus, nuperrime explanavi, peruersas vulgi exhibilat opiniones, dum inter alia *Cap. XVIII. §. VIII.* quantum, inquit, cibi, & quoties aegris adhibendum sit, nemo haecenus curauit: singulis namque horis, diu noctuque, cum offis aut aliis obsoniis accurrunt, aegro renuenti intrudunt, minis etiam saepe intentatis, nisi patinas vacuent; immo vitae sanitatisque incuriam exprobrant, si id, quod vires reficit, respuant, nempe cibos. Clamant item, aegros in tenui victu delinquere, & ex praeceptis Medicorum peccari magis, quam paullo plenioris victu. Moxque idem *Vir* celebris suam subiungens epicrisin: Verum, ait, obseruavi ego, nostrates ex frequenti ciborum exhibitione difficilius tardiusque curari, tum saepissime recidivas pati, &c. Errores itaque, quos paucis modo laudatus perstrinxit Auctor, eos **TV**, omnes fere morbos sigillatim percensendo, paullo vberius exagitas. Haecque tantopere **TIBI** visa fuere iucunda, ut statueres ea pro Dissertationis inauguralis argumento colligere, atque nouis subinde illustrare accessionibus. Enimuero quum **TE** per aliquot anno-

rum intervallum auditore perindustrio ac amico usus sim, immo ab aliquo iam tempore nobis sub eodem tecto quotidiana fere consuetudo fuerit, non possum sane, quin TIBI non solum cum perpetua singularis industriae laude confectum curriculum academicum, seorsimque hoc quam diligentissime elaboratum specimen inaugurale, verum etiam decretos summos in arte salutaris honores, ex animo gratuler. Summum precor Numen, omnis salutis felicitatisque nostrae auctorem, ut suis omnia secundet atque prospera reddat auspiciis, quae inscientiae salutaris exercitio, cui TE optime praeparatus accingis, in posterum conaberis. Vale. Dab. d. I. Maii, MDCCXLIX.

PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
DOMINO DOCTORANDO

CONTUBERNALI ET AMICO SVO AESTVMATISSIMO

S. D. P.

IOANNES CHRISTIANVS HILDEBRAND,

Alberst. Mansfeld. Med. Doctorandus Oppon.

*M*undum opinionibus regi, unanimi iam dudum consensu veteres aequae ac recentiores iuerunt testatum viri praestantissimi. Afferri huius veritatem prae aliis saepissime experitur Medicus aegrorum lecto assidens. Inter alia aegrotantium inappetentia testimonio potest esse luculentissimo. Simulac enim quis morbo qualicunque correptus, cibos assumere recusat, statim adstantes, inprimis vetulae, de salutaris morbi euentu desperant. Succurrit, quod vetula quondam interrogata sit, cur adeo timeret de imminuto aegrotorum appetitu? respondit, & quidem serio vultu, omnes morbos e ventriculo ducere originem, appetitum prostratum morbi testari victoriam, aegrumque, sielixirii appetitus mox restitui non posset stomachicis, morti expositum esse certissime. En vetularum ad Utopiam merito relegandarum Philosophiam! Laudem igitur non immerito mereris, cum tam variae opiniones de inappetentia aegrorum, Medicis aequae ac aegrotantibus excruciosae, existunt, quod peculiari themate in salutarem & morbosam

F

inqui-

*inquisiueris inappetentiam. Gratulor hinc, TIBI, AMICE AESTV-
MATISSIME, de egregiis in arte medica acquisitis profectibus: gra-
tutor TIBI de feliciter emenso studiorum stadio; gratulor denique TI-
BI de egregio diligentiae Tuae fructu, Laurea nempe Doctorali tempo-
ra Tua cingente. Exoptato animi corporisque vigore in posterum ut
fruaris aegrotisque curae Tuae committendis auxiliatrices feliciter
adbibeas manus, opto. Amicitiam quae nos intercedit, locorum licet
interuallo seiunctus, sancte ut colas, rogo. Dabam. Halae die 11da
Maii MDCCXLIX.*

Der flügsten Nerke Kunst rechtschaffen zu studiren,
Ist, was man stets von Dir mit Wahrheit sagen kan.
Dir muß der Doctor-Huth mit Recht den Scheitel zieren,
Bemunft, Fleiß, Wissenschaft die zeigens deutlich an.
Dich wird man mit der Zeit der Krancken Hülfte nennen,
Du bleibst durch Deinen Fleiß der klugen Welt beliebt.
Dich muß der Reider selbst als einen Arzt erkennen,
Der sich in Wissenschaft mit vieler Müh geübt.
So cröne Dich denn GOTT mit einem langen Leben,
Dein Wohlseyn müsse stets, Herr Bruder! blühend seyn.
Der Himmel wolle Dir viel Glück zum Euren geben,
So streichet Deine Kunst des Fleißes Bucher ein.

Joh. Philipp Erpel, aus Halle,
Med. Doctorandus Oppon.

SWer zweiffelt noch daran, daß fleißiges Studiren
Jedweden Musen-Sohn zur Weißheit könne führen?
Die Streitschrift zeigt es an, sie ist sehr wohl gerathen,
Geh auß Catheder hin, geh, zeige Deine Thaten,
Berlache Deinen Feind, er muß Dir doch wohl weichen,
Der Wahlplatz bleibet Dir samt allen Siegeszeichen.
Ich flieh und dabey kan ich mich noch glücklich nennen,
Daß ich an Dir mein Freund den Sieger werde kennen.

Hierdurch wolte dem Herrn Doctorando seine
Ergebenheit aufrichtig bezeigen

Joh. Michael Hoffinger, aus Wien,
Opponent.

Gehe Freund dem Glück entgegen, das Dir Fleiß und Eysen giebt!
So krönt Aesculap die Söhne, die sich in der Kunst geübt,
Alle Theile unsers Leibes wie uneingehült zu schanen,
Und die Hütte, die zerfiel, wieder glücklich aufzubauen,

Allen

Aller Kräuter Kraft zu wissen und die schon von hinnen fliehn
 Zu betrübter Menschen Freude wiederum zurück zu ziehn.
 Meine freundschaftliche Brust läßt bey Deinen neuen Ehren
 Worte voller Frendigkeit, ächter Erene Wünsche hören.
 Was ich fühle gleicht der Regung die ein paar der Freunde fühlt
 Wenn es sich entzückt umarmet, wo der West in Blumen spielt.
 Du erweckst mir solche Lust: nicht betrügerische Blicke
 Hasten in entfernten Zeiten an den Glanz von Deinen Glücke,
 Das die Wissenschaft und Tugend standhaft aufzubauen weiß.
 Nun so wachse bis zum Reide, Freund an Segen, Ruhm und Preiß,
 Feder, dem durch Dich der Himmel neue Leibes Krafft gegeben,
 Wird gewiß mit Sehnsucht wünschen, so wie ich mit Dir zu leben.

Durch diese wenige Zeilen wünschet seinem wer-
 then Freunde ergebenst Glück zu der erhal-
 tenen Doctorwürde und empfelet sich zu
 beständiger Freundschaft, desselben gehor-
 samster Diener und treuer Freund

G. v. Eickstedt, Eques Pommeranus.

In sich gefehrt dem Lerm entrißen,
 Sich selbst genung, nichts andern wissen,
 Ist Gold so schwarzer Schlamm entfällt,
 Allein, wie arbeitsame Bienen
 Zu sammeln um damit zu dienen,
 Ist eine Müß zum Wohl der Welt.

Wie rühmlich übtst Deine Kräfte
 O Freund, die nützlichen Geschäfte,
 Darin der Krancke Rettung weiß.
 Ich sehe schon für Dein Bemühen
 Den Kranz um Deine Scheitel blühen,
 Als einen wohlverdienten Preiß.

Voll Freude ruf ich Dir entgegen:
 Dir folge Ehre, Ruhm und Segen,
 Dir Freund der alles Glückes werth!
 Wie wird das Herz von Freuden schlagen
 Wenn mich in den entfernten Tagen
 Der Ruff von Deinen Wohl belehrt.

Hierdurch stattete seinen werthen Freunde bey
 Erlangung der Doctorwürde seine ergeben-
 ste gratulation ab, Dessen gehorsamster
 Diener

E. F. ab Eickstedt, Eques Pommeranus.

Nim

Nim hin, mein Pylades! das Opffer reger Brust,
 Sie schlägt voll Zärtlichkeit und treibt die sanffte Lust
 In allen Adern fort. Dein Ruhm und Glücke grünet
 Mein Herze jauchzt Dir zu, wie Du um mich verdienst.
 Mich nimt kein schwarzer Trieb zu Schmeichelen ein,
 Mein! diesen fluche ich, ich brauche keinen Schein
 In Dir der Freundschaft Glanz des Wissens Werth zu schildern,
 Du selbst bewährest Dich; weg mit entlehnten Bildern.
 Raum quälte mich vor dem des Fiebers jäher Schmerz,
 Ich rief, Du kamst, ich sah Dein Mitleyds volles Herz,
 Du bottest mir die Hand, und bald entfloß die Bürde,
 Freund, daß Du wieder mein und ich der Deine würde.
 Dein Glück ist meine Lust und was mein Wünschen war,
 Stelt sich nunmehr erfüllt mit größrer Hoffnung dar.

Hierdurch wolte seinem werthen Freunde zu der er-
 langten Doctorwürde seinen ergebensten Wunsch
 abstaten, desselben gehorsamster Diener

Coffart, Nordhusanus.

Der Aerkzte Feind ward krank; die Liebe für das Leben
 Hieß ihn der Aerkzte Kunst gezwungen zu erheben.
 Die Bothen eilen fort der Doctor kömt herein,
 Bringt Arzeneyen mit, er schluckt sie eiligst ein;
 Und kaum wallt reiner Blut in den gesunden Adern,
 So will er um den Lohn mit den Galenus hadern;
 Er schreibt dem Schicksahl zu und nicht der Arzeneey,
 Daß sein gedrückter Leib nun aufgerichtet sey.
 Doch läst're wie du wilt: Ein Mann der unverdroßen
 Der Glieder Bau durchschaut, der Säfte, Pulver, Sprossen
 Und ihre Kräfte weiß, der jede Kranckheit kennt,
 Die Ursach, ihre Art und Gegenmittel nennt,
 Der in dem Wissen vest, kan jedes Unfalls lachen,
 Und zu Methusalems sich und die Schwächsten machen.
 Dem folgt der Seegen nach, dem bleibt ein ächter Ruhm,
 Der aus Verdienst entspringt, ein stetes Eigenthum.
 Drum Freund erlaube mir, daß ich durch Deine Ehren
 Die Dir Dein Fleiß erwarb darf meine Freude nähren.
 So blühe immerdar im Busche ächter Freund,
 Und trotz Grab und Tod als ihr siegreicher Feind.

Hierdurch wolte seinem hochzuehrenden und werth-
 geschätzten Freunde bey Erlangung der Doctor-
 würde gratuliren und sich zu geneigten Anden-
 cken empfehlen, desselben aufrichtig ergebenster
 Freund und Diener

Carl Lucas Mehler,

aus Bleicherode in den Hohnsteinischen, der G. G. Best.
